



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**



partim personæ, veluti actor, reus, Judex  
 partim causa seu quæstio: quæ quidem est  
 vel juris, vel facti. Quæstio facti, qua quæ-  
 ritur: an factum sit, veluti; *an Milo occide-  
 rit Clodium?* Quæstio juris, quæ quæritur  
 de merito ejus quod factum esse dicitur,  
 veluti; *an jure occiderit?* Vult. 2. Jurispr  
 Rom: 1. 2. 3.

3. Divisio judiciorum non una tantum  
 est, sed multiplex, desumpta tum ab ipso  
 Judice, tum materia, forma, fine. Ex per-  
 sona judicantium aliud est, Ecclesiasticum  
 quod coram judice ecclesiastico agitur,  
 de rebus Ecclesiasticis maximè spirituali-  
 bus, ut Matrimonio, Beneficiis: & his an-  
 nexo jure Patronatus, de crimine hæresis  
 Simonix, &c. aliud sæculare quod coram  
 Judice laico inter personas sæculares ex-  
 ercetur.

4. Rursus à materia & fine circa quem  
 versatur aliud est Civile, aliud criminale,  
 aliud mixtum. Civile est, in quo civili seu  
 forensi actione agunt illi potissimum, ad  
 quos ea res pertinet: ut quædo actor prin-  
 cipaliter agit, ut Judex curet sibi restitu-  
 ere res suas, aut agit ad recuperandum, vel ob-  
 tinen